



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 78. Marci Welferi Patricii Augustani obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sacra autem Concilii Congregatio die Sæc. XVII.  
 decima Septembbris declarabat, quod A. C. 1614.  
 Abbates benedicti, licet benedicere non  
 possint ea, in quibus sacra uncio re-  
 quiritur, si tamen speciali privilegio  
 muniti fuerint, munus præfatæ bene-  
 dictionis quoad ea, in quibus requiri-  
 tur uncio, impendere possint: insinua-  
 bat etiam die vigesima sexta ejusdem  
 Mensis, quod obligatio amovibilis au-  
 diendi confessiones non sit incompati-  
 bilis cum Parochiali, sicut &, quod  
 non nisi Episcopus trino ductu sit thuri-  
 ficandus, eique, & in ejus absentia Vi-  
 cario Generali, debeatur reverentia in  
 Choro, dum Divina celebrantur, ab  
 omnibus Canonicis etiam quavis ratio-  
 ne exemptis. Ita die undecima No-  
 vembbris a S. Rituum Congregatione de-  
 cisum habetur.

### §. LXXVIII.

#### *Marci Welseri Patricii Augustani obitus:*

Obiit hoc anno insigne Augustanæ ur-  
 bis decus atque ornamentum Mar-  
 cus Welserus seu Velserus, qui ibidem  
 die vigesima Junij anno Domini mille-  
 simo quingentesimo quinquagesimo octa-  
 vo ex nobilissima æque ac pervetusta,  
 cuius origo a Bellisario Justiniani Cæsa-  
 ris

*Adam. vit.*

*Juriscon.*

*Germ. Christ.*

*Arnold. in*

*vita Velser.*

Sæc. XVII. ris Belliduce petitur, familia natus.  
A. C. 1614. Hic Patrem habuit Matthæum Welle-  
rum Secretioris Consilii Senatorem lon-  
ge celeberrimum, a quo Marcus libera-  
liter educatus, ac Romam missus, ibi-  
dem in arte dicendi Magistrum habuit  
Muretum magni nominis Oratorem:  
Tam probe linquam italicam noverat  
Marcus, ut Florentinam eloquentiam  
assecutus, æquus hujus idiomatis Cen-  
sor ac Judex audiret: postea cum in ju-  
ris prudentiæ studiis ac itineribus uber-  
rime ingenii sui opes auxisset, in pa-  
triam reversus, anno Christi millesimo  
quingentesimo octogesimo nono ad fo-  
renses Augustanæ Reipublicæ cauñas  
animum adjecit, tertio post anno Sena-  
torum cætui ac biennio post Secretioris  
Senatus Consilio adscriptus: tandem  
vero anno Salutis nostræ millesimo sex-  
centesimo supremus urbis Prætor ac S.  
Cæsareæ Majestatis Consiliarius enituit,  
quo munere ideo duntaxat decoratus  
videbatur, ut patriæ Pater, virtutum  
exemplar, literatorum fautor, & commu-  
ne omnium perfugium esse posset. Tan-  
dem vero ad senectutis terminos cum  
pervenisset, podagra confessus die de-  
cima tertia Junii rebus humanis erep-  
tus est, memoria nominis sui relicta  
immortali: Hic idem plurium Aucto-  
rum libros ad prælum promoverat, ipsus  
vero

vero secunda prorsus Minerva libros Sæc. XVII.  
 octo de rebus Augustanis, commenta- A. C. 1614.  
 rium de conversione & Passione SS. Mar-  
 tyrum, Afræ, Hilariæ, Dignæ &c.  
 Vitam S. Udalrici antehac nunquam tam  
 copiose editam, Historiam ab Eugippo  
 de vita S. Severini scriptam cum scho-  
 liis, narrationem eorum, quæ contige-  
 runt Apollonio Thyrio, Tabulas antiquas  
 Peutingerianas, epistolas ad Viros illus-  
 tres, ac denique quinque libros scripsit  
 Annalium Boicorum, de sexto, qui ta-  
 men deperiit, mentionem Ehingerus  
 facit: Ceterum licet hi annales acri,  
 subtilique ingenio, ac judicio conscripti  
 ab eruditis plurimum commendentur,  
 acriter tamen a quodam incognito, qui  
 se Leontium Pamphilum Alfaticum no-  
 minat, in sua apologia seu recriminatione  
 anno Christi millesimo sexcentesimo  
 quarto reprehenditur Velserus, eoquod  
 in libro quarto pag. 125. edit. Nerim-  
 berg. in margine Bavariæ descriptio-  
 nem & historiam stematum Lotharin-  
 giæ a Francisco de Rosieres concina-  
 tam his verbis carpferit: Roserius diplo-  
 mata Martini Ducis scripta profert, qui-  
 bus Bertha Bavariæ Ducissa ejus uxor no-  
 minatur: Sed dubiæ fidei Scriptori credere  
 multa prohibent, qui præsertim hist. cap. 50.  
 Res Boicas ineptissime tractavit, & Bau-  
 riæ sene nomen nondum illo sæculo auditum

\* ne

**Sæc. XVII.** \* ne quis a Martino in diplomata relatum,  
**A.C. 1614.** sibi persuaderi patiatur: Porro eidem Mar-  
 co Velsero nonnulli ad scribunt rarissi-  
 mum librum Italo sermone conscriptum,  
 cui titulus: *Scrutinium libertatis Veneta*,  
*in quo etiam Romani Imperii jura in urbem*  
*& editionem Venetam adducuntur.* Verum  
 Christophorus Arnoldus in sua præfa-  
 tione ad Welferi opera oppositum de-  
 monstrat: alii etiam singularis hujus li-  
 belli Auctorem autumant Antonium Al-  
 bizzium Florentinum, alii Nicolaum  
 Claudium Peireskium (vide Buderi  
 Bibl. Hist. p. 1458.) denique nonnulli  
 hoc opus attribuunt Alfonso de la  
 Cueva Bedmerio Marchioni Hispano  
 apud Venetos Oratori, a quo, vel ejus  
 jussu ab alio ob exortam Hispanos in-  
 ter & Venetos controversiam de jure in  
 Mare Adriaticum primum anno 1618.  
 hunc partum in lucem fuisse editum au-  
 gurantur: Verum jam anno 1615. Ve-  
 netiis Joannis Nicolai Doglioni Vene-  
 zia triumphans & anno sequenti Zoro-  
 stri Roiteri speculum libertatis, & respon-  
 sum ad obtrectationes contra Venetos pro-  
 diere; Horum tamen Venetæ liberta-  
 tis vindiciæ Leonardo Donato Reipubli-  
 cæ Duci adeo infirmæ videbantur, ut  
 famoso Paulo Sarpio hoc negotium  
 com-

---

\* Bavaria olim Avaria dicebatur.

committeret, qui tamen eidem in re- Sæc. XVII.  
sponsis dabat: *Serenissime Princeps, ne A.C. 1614.*  
*moveas Camerinam, immotam hanc expedit* ~~expedit~~  
*esse.*

§. LXXIX.

*Ven. P. Hieronymi Gratiani Carmelitæ Excalceati fata & decessus.*

Vivis quoque hoc anno ereptus est *Franc. Ber-*  
*Venerabilis Pater Hieronymus Gra-* raguette in  
tianus a Matre Dei natione Castellanus, *Vita P. Gra-*  
patria Vallisoletanus, cuius vita fortu- *tian. Mi-*  
næ varietate fatalis, mors vero sancti- *ræus Script.*  
tatis fama celebris existit. Hic Do- *Sæc. XVII.*  
ctoratus laurea decoratus, ac Com- pag, 279,  
pluti Theologiæ Professor, anno a par- Christ.  
tu Virginis millesimo quingentesimo se- Marquez  
xagesimo nono ad S. Presbyteratus Or- vit. Hier.  
dinem ascenderat; majoris vero per- Nic. Ant.  
fectionis desiderio captus, evoluto trien- Bibl. Hisp.  
nio Carmelitarum Excalceatorum in- tom. I.  
stitutum die vigesimo octavo Martii  
professus est: paulopost Prior Hispanen-  
sis ab Apostolicæ Sedis Nuntio utrius-  
que Carmeli Visitator ac Commissarius  
Apostolicus nominabatur, quo munere  
tantam in se concitabat invidiam, ut  
jussu Philippi Segæ Nuntii Apostolici,  
qui Excalceatis adversabatur, ad mi-  
tigatos Carmelitas exul migrare cog-  
retur, donec nova Excalceatorum Car-  
meli-